



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

IV. Refelluntur argumenta Adversariorum. Primum argumentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

gum multo post tempore fuisse contextos : quatuor enim Libros Regum intelligit ; nos vero de duobus prioribus agimus , qui Samuelis dicuntur ab Ebrais . Hos autem satis aperte significat sic fuisse vocatos , quod à Samuele scripti essent ; ex priorè vi-  
*delicet parte : αεσφητῶν ἑγγραφῶν*, inquit, *εἰώθει συγχεῖσθαι ὅσα συνέλαυνε γινώσκων καὶ τῶν οἰκείων καμῶν αὐτῶν τοῦ καὶ ἡ αεσφῆ τῶν βασιλειῶν, καὶ παρ' ἐλεείμοις, καὶ ὡς οὐ σέβεις, αεσφῆται σαμουὴλ ὀνομάζονται*. Unusquisque Prophetarum scribere consueverat quacunq; suis temporibus contingebant. Sic igitur primus liber Regnorum & apud Ebræos & apud Syros *Prophetia Samuelis nominatur*. Atque eadem est Diodori Tarfensis sententia.

III. Sed & librorum Samuelis *ἡμσιότων* & antiquitati perhibent testimonium quæ eum atates consecuta sunt. Unde enim petitem dicas istud, quod habet liber Sa-  
*piëntiæ : Tu enim es, Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem, & deducis ad portas & antiquitas. mortis, & reducis : cujus germanum & illud est è libro Tobia : Quoniam tu flagellas, & salvus ; deducis ad inferos, & reducis : nempe è secundo capite libri primi Samuelis : Dominus mortificat, & vivificat : deducit ad inferos, & reducit.* Cum in Psalmo centesimo duodecimo hæc legis : *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem : ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui : nonne ex eodem primi Samuelis ca-  
 pite ducta agnoscis, in quo legitur : Suscitavit de pulvere egenum, & de stercore elevavit pauperem, ut sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat.* Quorum putas pertinere quod legitur in secundo capite Libri tertii Regum : *Ejecit ergo Salomon Abiathar, ut non esset Sacerdos Domini, ut impletur sermo Domini, quem locutus est super domum Heli in Silo : nimirum ad secundum caput Libri prioris Samuelis, quo res illæ prænuntian-  
 tur. Samuelem insigni hoc Sirachides ornat elogio : Et ante tempus finis vitæ suæ & sa-  
 culi, testimonium præbuit in conspectu Domini & Christi, pecunias & usque ad calcamenta ab omni carne non accepit, & non accusavit illum homo : Davidem vero illo : Cum leonibus lu-  
 sit, quasi cum agnis ; & in urfis similiter fecit, sicut in agnis ovium, in juventute sua. Num-  
 quid non occidit Gigantem, & abstulit opprobrium de gente ? Duodecimum Libri primi Sa-  
 muelis caput & decimum septimum consulto, fontes ibi laudum illarum reperies. Scitum hoc : Melior est obedientia quam victima, in libro Ecclesiasticis & apud Oseam usurpatum, ex decimo quinto capite libri primi Samuelis prodit. Quæ Davidi do-  
 mum Deo ædificare cogitanti denuntiat Nathan in septimo capite libri secundi Sa-  
 muelis de filio post ipsum regnatura, magna eorum pars in Psalimum octogesimum octavum translata est. Non semel declarat Ezechiel nolle Deum ut pereat impius, sed ut ad meliorem se recipiat frugem & vivat, argumento, ut videretur, petito ex verbis Thecutitidis ad Davidem, quæ leguntur in Libro secundo Samuelis. Confer de-  
 nique libros Paralipomenon cum libris Samuelis, ex his illos confarcinatos & con-  
 futos esse liquido comperies, non quoad sententias solum, sed & verba ipsa. Nec fa-  
 cri tantum Scriptores, sed exotici etiam, Eupolemus & Nicolaus Damascenus, suf-  
 fragio suo nos adjuvant : ea enim de Samuele, Saule, & Davide in Historiis suis re-  
 tulerunt, quæ ex libris Samuelis sublecta fuisse minime dubitandum est. *Ætas libro-  
 rum Samuelis ex superioribus abunde cognoscitur : cognoscuntur & eorundem Aucto-  
 res ; quos si quis tamen incertos esse contendat, fatebitur nihilominus genuinum esse  
 factum, ex Principiis à me supra positis, ut pote qui incerti Auctoris sit, uti esse pu-  
 tatur.**

IV. Clausulam vero hanc quæ è capite nono libri prioris Samuelis objicitur, & à me supra allata est, *Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns* ; quamque unam causæ fuisse arbitror, cur verbis libri Paralipomenon, quæ operis hujus Au-  
 ctorem indicant, detraheretur, interpretationis causa illuc adjectam, & deinde in ipsum contextum intrusam fuisse clara luce clarius est. Superius enim à me observa-  
 tum est multa sparsim Libris sacris, lucis vel connexionis rerum causâ adjectis, si-  
 ve Esdræ qui Canonem Synagogæ auctoritate composuit, sive alios qui Scriptiones  
 sacras diversis temporibus recensuerunt. Hinc orta hæc *παρεμβολή*. Ita visum Diodo-  
 ro Tarfensi, qui super hac *ῥήσι* quam tractamus, sic disserit : *ἐκ τούτων δεικνύται, ὅτι ἄπὸρ ἦν αεσφητῶν ἑγγραφῶν τὰ ἐν τοῖς κατ' αὐτὸν χρόνοις ἐγγραψάν, ταῦτα οἱ καὶ ταῦτα συνα-  
 γαζόντες αεσφῆσαν τὸ, ὅτι ἡμπερὸν βλέποντα τὸν αεσφῆτῶν ἐκάρου. Ex his ostenditur,  
 quod quacunq; singuli Prophetae suis aetate temporibus conscripserunt, hæc colligentes posteri ad-  
 jecerunt istud, Quod olim Prophetam appellabant Videntem.*

V. Non temperavit sibi Philosophus Theologo. Politicus, quin eodem argumen-  
 to Libri hujus antiquitatem oppugnaret : sed & alio præterea usus est, ut eum non  
 unius texturæ opus esse, sed collectitium & ex variis segmentis concinnatum probaret.  
 Nam quod decimo sexto capite prioris libri Samuelis legamus Davidem in aulam  
 Saülis ea de causâ primum fuisse accitum, ut Regem malo spiritu vexatum citharæ  
 cantu oblectaret, capite vero sequenti alia afferatur causa unde Regi innotuerit,

*Probatum eorum antiquitas. Sap. 16. 13. Tob 11. 2. 1. Sam. 2. 6. Psal. 112. 7, 8. 1. Sam. 2. 8. 1. Reg. 2. 27. 1. Sam. 2. 31, & seq. Eccli 46. 22. Eccli 47. 3, 4. 1. Sam. 12. 9. 1. Sam. 17. 5 & seq. Eccl. 4. 17. Ose. 6. 6. 1. Sam. 35. 22. Psal. 88. 29, & seq. Ezech. 18. 32. & 33. 11. 2. Sam. 14. 14. Eupol. apud Euleb. Prepar. libr. 9. Nicol. Dam. libr. 4. Hist. apud Joseph. Antiq. libr. 7. cap. 6. Reselluntur argumenta Adversariarum. Primum argumentum. 1. Sam. 9. 9. Secundum argumentum. Tract. Theol. cap. 8, & 9.*